

Lebensbeschreibungen der Äbte von Schönthal.

161

abbas, resignavit 1511, attributa curia Nidernhall, ibidem obiit; sepultus in capitulo anno 1517. Plurima notabilia ipso abbatizante contigerunt, quae alibi^a dantur. Inter caetera, quod dominus Philippus, senior, de Weinsberg et Anna de Stoffeln, coniuges, obierint.

32. [pag. 64] Erhardus, XXXIII. abbas, cognomento Oeser, patria Meckmühlensis, vir in Heydelbergensi studio^b absolutissimus, in quo et determinatoris titulo insignitus floruit. Cum anno 1511, die Julii 14. resignasset Georgius, abbas, ipse est electus ex praeposito Mergetheimensi in praesentia rever. dom. Sebaldi, abbatis in Fonte Salutis^c, s. theologiae professoris, vicarii reverendi patris Conradi, abbatis Cesareensis, visitatoris, et d. Johannis, abbatis in Brunnbach, nec non f. Nicolai, subcellerarii Caesareensis. Erant tunc religiosi sacerdotes: Georgius, abbas cedens, Johannes, quondam abbas, in Hallis Suevorum habitans, Philippus Gronsheim, prior, Sigismundus Losmann, confessor in Genadenthal^d. Leonhardus^e Altenmann^f, confessor in Bülligheim, Wendelinus Uberlinger, subcellerarius, Mauritius Klehe, parochus in Neuwenstatt^g, Bernhardus Villhewer, [pag. 65] Conradus Wagenmann, Johannes Brügel, Wendelinus Ammerich, bursarius, Johann Vogel, Johann Wolfgang, infirmarius, Petrus Fleiner, Georgius Busch, pistrinarius, Elias Wurst, Wilhelm Reinhardt, Georgius ab Auw, subprior, Melchior Ungerer, Gregorius Cammerer, Kilian Katzenbach, Nicolaus de Auw, Jacobus Keller. Confirmata electio per reverendissimum patrem generalem Jacobum, abbatem Cistercii, 19. Maii anno 1512. Vixerunt his annis domina Margareta de Cronberg, abbatissa Vallis Gratiae^h, domina Catherina de Wittigstatt, abbatissa in Bülligheim, domina Elizabeth Scholtin, abbatissa ad Lucidam Stellamⁱ. Veronica Stiberin, relicta Conradi de Bernheim, cum Friderico, filio, ha-

bebat arcem Biringen. Erhardus, abbas, anno 1535 obiit 13. kalendas Julii [19. Juli], sepultus in capitulo^a.

33. [pag. 66] Elias, XXXIV. abbas, cognomine Wurst. In bursarii officio constitutus, seditiosorum rusticorum rabiem declinanti et fugienti r. d. Erhardo, abbati, semper fidelissimus adhaesit in Crautheim, Mergetheim, Würzburg, Miltenberg, Asschaffenburg, Franckfurt etc.^b Concessit masculinum feudum in Westernbach^c Rabano Eysenhudt die 22. Septembris, quod feudum^d emptum a Marcolffo et Johanne de Bachenstein^e. Posteaquam desierunt esse nobiles dicti Eysenhudt, ex gratia investiti eodem beneficio, dicti Siginger. Post hos heberet. [pag. 67] P. Wilhelmus Reinhardt, praeposituram Mergetheimensem reliquit et p. Philippus Gransheim successit. Dominus Heinrichus Secklen beneficium suum clericale^f, quod habuit in Weinsberg, eo quod Lutheri dogmata amplecti nollet, reliquit, et ab Elia, abbate, promotionem petiit, quatenus Herhipoli conditionem nancisci posset. Subditis in Sünringen^g praescripsit quaedam puncta et articulos futuris temporibus observandos^h. Stulgardii cum Udalrico, duce, contractum iit ratione parochiarum in Sultzbach atque Neuwenstatt^b, praesentibus Bernharde de Hartheim, praefecto in Miltenberg, et Georgio Blümlin in Crautheim, nobilibus viris. Misit f. Johannem, professum et sacerdotem ad capitulum generaleⁱ. Elias, abbas, obiit anno 1537. in capitulo sepultus. Cui aemulus veneno nocuisse dicitur. W. A.^k, germanum fratrem, civem in Biringen constituit, unde et adhuc dicti Wurst etc.

¹ Von erster Hand: Conradus. ² Unidentisch.

fuhrte; vom Ende des 16. Jahrh. an führten die Schönthaler Mönche in Mainz, Dillingen und Würzburg.

^a Hier verweist der Verfasser auf ein anderes Werk. Dieses kann, nach Allem zu schließen, nur Band 2 des Chronikons von Kremer sein. Dieser 2. Band kam nicht in die Hofbibliothek nach Stuttgart.

^b Siehe die Note oben S. 160

^c Heilsbrunn im bayerischen Kreise Mittelfranken.

^d Ueber das Verhältnis der Klöster in Genadenthal und Wittigheim siehe unten die Zusätze.

^e Neuenstadt an der Linde.

^f Genadenthal bei Schwäbisch Hall.

^g Nichtenstern, D.-N. Weinsberg.

^h Quellenammlung, IV.

¹ Oben und hier hat die Hs. feudum.

² Unter diesem Abte verkaufte Gabriel von Stetten 1513 seinen Behuten zu Monbronn an das Kloster Schönthal. Monbronn ist ein ausgegangener Ort bei Simprechtshausen, D.-N. Klünzelsau.

^b Einige Mönche von Schönthal suchten im Bauernkriege vergeblich eine Zufluchtsstätte in Maulbronn. S. Klünzinger, Gesch. v. Maulbronn, S. 86.

^c Westernbach, D.-N. Döhringen.

^d Bachenstein bei Döttingen, D.-N. Klünzelsau.

^e Beneficium clericale ist dasselbe, was sonst sacerdotale oder presbyteriale genannt wird, das ein Geistlicher von einem Laien zu Lehen trägt.

^f Sünringen, D.-N. Mergentheim.

^g Dies ist ein Weisthum, welches bei Grimm fehlt. Es sollte bei Grimm Bd. 1 S. 441 oder Bd. 3 S. 609 stehen.

^h Sulzbach, D.-N. Gaildorf und Neuenstadt a. Kocher.

ⁱ Das kann nur das Generalcapitel von 1535 sein, denn nur von diesem Jahre zwischen 1535–37 führt Martène, anecdot. IV. p. 1644 ein Generalcapitel an.

^k W. A. heißt wahrscheinlich A. Wurst, da der Abt Elias Wurst hieß.